



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

De vestibus donatis interrogatur. 29

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

arâ VIRGINI sex cubare; in mo-
rem veterem, per uigilio initian-
dus. Ibi iam pedibus insistere; iam
genibus niti; & magnis assidue la-
crimarum imbribus sese VIRGINI
commendare. Ne quâ verò agno-
scatur, summâ luce maturat pro-
ficisci. 28 Oppidû est in Illergeti-
bus Manrela, aliquot passuû mil-
lia à môte locus; auius ijs qui Bar-
cinonem petant: illuc ire instituit
IGNATIUS; inundatus lætitijs &
eo habitu, de quo supra docuim⁹:
mendicantis fortunę tunicâ & fu-
ne cinctus & baculo armatus: ca-
put, alterumq; pedē nudus. Nam
alterum, quòd à recenti vulnere
vexat⁹ interim intumesceret, pla-
cuit indulgenter aliquam diu ha-
bere. 29 Itâ profectû, haud multò
post, citato gradu cursor assequi-
tur: atque ab eo sollicitè, suas ne-
vestes ipse homini cuidam sordi-
do donarit, scitatur: eû, quòd ab-

B

iectis

iectis centonibus repente nitere
 cæperit, neque plebeius animus
 in purpurâ se agnoscat, Magi-
 stratui suspicionem auxisse; ac
 furtiam reum, in vinculis attine-
 ri. 30 Illacrimavit copiosè IGNA-
 TIVS; sese multis incusans: & ho-
 minem utique infelicem ratus,
 cuius etiam beneficia forent a-
 lijs damnosa ad extremum, quò
 innocentiam absoluat, donum
 confitetur. Quis verò & cuius-
 tis esset aut unde locorum profi-
 cisceretur, rogatus; nullo se un-
 quam indicio prodidit. Satis ni-
 mirum habuit, si, defenso altero,
 gloriam falleret; sui que contem-
 tu mortalia triumpharet.

31 Manresam ut peruentum est,
 primum IGNATIO fuit, ad ædes
 hospitales diuertere; eas, quibus
 tutela præest S. Lucia. Ponenda
 hîc rerum meliorum incunabu-
 la fuere; & nempe animus inter
 ple-

ple
 32
 qu
 tis
 rar
 reli
 diu
 con
 cur
 inst
 cor
 den
 vno
 mus
 imp
 yng
 catu
 deir
 capo
 lacri
 gistr
 sept
 ter p
 iuge

ple-